Lingua Udmurtica

Lingua Udmurtica,[1] olim **Votiacica**[2] appellata, est una linguarum Permicarum, quae ad ramum Finno-Ugricum linguarum Uralicarum pertinet. In Re publica Udmurtica Russiae statu publico utitur, Circa 338 milia hominum lingua Udmurtica loquuntur, maxime in ruribus. Scriptura utitur Cyrillica cum signis diacriticis non multis. Primi libri Udmurtici anno 1848 editi sunt, sed forma hodierna abecedarii c. anno 1935 stabilita est.

Lingua Udmurtica Удмурт кыл	
Taxinomia:	Uralica Finno-Ugrica Permica **Lingua Udmurtica**
Locutores:	324 338 (anno 2010)
Sigla:	1 , 2 udm, 3 udm
Status publicus	
Officialis	Udmurtia
Privata	Russia
Litterae:	Abecedarium Udmurticum
Scriptura:	Cyrillica
Procuratio:	—

Linguae Finno-Ugricae

Exemplum: Pater noster

Инмысь Атаймы! Тынад нимыд дано мед луоз; Тынад Эксэйлыкед мед лыктоз; Тынад эрикедъя мед луоз музъем вылын но инмын кадь ик. Милемлы туннэ улымон няньмес сёты. Пунэмъёсмес но кушты, милемлы пунэмо луисьёслэсь пунэмъёссэс ми куштэм кадь ик. Милемыз визь сынаськонлэсь но утыы, уродлэсь но мозмыты милемыз. Аминь[3].	Pater noster, qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in caelo, et in terra. Panem nostrum cotidianum da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos induxeris in tentationem, sed libera nos a malo. Amen.

Notae

1. "Vb. adiect. "Udmurticus", cf. nomina biologica e.g. *Melitta udmurtica*
2. "Votjacica", cf. Samuel Gyarmathi, *Affinitas linguae Hungaricae cum linguis Fennicae originis grammatice demonstrata* (Gottingae, 1799), p. 125 (https://books.google.ru/books?id=iJswg2QUe4QC&pg=PA125&lpg=PA125&dq=%22Morduinicae%22&source=bl&ots=p0VaKpxU03&sig=wXrq2V_02iEIpLKboTKiF9l1K4U&hl=ru&sa=X&ved=0ahUKEwiq2aSDzPfYAhVDVywKHeUvDsMQ6AEILDAC#v=onepage&q=%22Morduinicae%22&f=false)

3. Sacra Scriptura linguis Finno-Ugricis variis. (http://finugorbib.com/bible/udmurt/40_Mat06_ru.html)

Linguae Finno-Ugricae	
Finno-Permicae	Samicae • Finnica • Carelica • Vepsica • Izhorica • Votica • Estonica • Voruvica • Livonica • Mari (pratensis • montana) • Morduinicae (Erzia • Moxel) • Komiensis • Udmurtica
Ugricae	Hungarica • Chantyensis • Mansiensis